Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8282
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Incipit meditatio sancti Richardi

Multi multa sciunt et semetipsos nesciunt, alios instruunt et semetipsos destruunt. Sed quid prosunt exterioria descrentes interiora sua quibus intimior deus est? Ideo ab exterioribus ad interiora redeo et ab interioribus ad superna ascendo ut possim cognoscere unde venio aut quo vado, quid sum a' unde sum, ut per cognitionem mei valeam pervenire ad cognitionem dei. Quanto enim in cognitione mei profecero tanto ad cognitionem dei accedo. Secundum interiorem hominem tria in mente mea inuenio per que dm terrenis conspicio et quinque quibus ad hec tria mentis intelligentia, voluntas siue amor. Per mentem ad eum ascendo, per intelligentiam intueor, per voluntatem amplector. Cum dei remisceor in mentem meam eum inuenio et in eo delector secundum quod ipse dignatur mihi donare. Intelligentia intueor quid sit deus in seipso, quid in sanctis, quid in angelis, quid in creatis, quid in homine. In seipso est incomprehensibilis quia principium est et finis, infinis sine fine. Ego me intelligo cum incomprehensibilis sit deus cum meipsum intelligere non possum quid ipse fecit. In angelis est desiderabilis quia in ipsum desiderant prospicere. In sanctis est desiderabilis quia in eo assidue letantur felices. In creatis est admirabilis quia eis potenter creat, sapienter gubernat, benigne disponit. In hominibus est admirabilis quia eorum deus est et ipsi populus eius sunt. Sic in eis habitat tanquam in templo suo et ipse sunt templum eius. Non dedignatur singulos neque universos, quisquis eum memit, eum quoque intelligit ac diligit cum ipse sit diligere eum eum demum qui ipse prior dilexit nos et ad ymaginem et similitudinem suam nos fecit, quod nullam aliam creature donare voluit. Ad ymaginem dei facti sumus, hoc est ad intellectum et notitiam filii per quem intelligimus patrem et cognoscimus et accessum habemus ad dm. Tanta enim cognitio est inter nos et dei filium quod ipse dei ymago est et nos ad ymaginem eius facti sumus, quam tot nouit et ipsa similitudo testatur, quam non solum ad ymaginem sed etiam ad similitudinem eius facti sumus. Quod igitur id quod est ad ymaginem cum sua ymagine queritur et non in vacuum nomen ymaginis preparare reputemur, ergo in nobis similitudinem eius si in appetitu pacis et diuitiis pietatis et amore caritatis teneamus cum in memoria, premamus in ostia et vbique pretium venenum. Mens sicut dem nisi eo ipso prius ymago est quo eius capax est, eius quoque preceps esse potest. Non enim per eam ego ymago est quia sui memit mens sit intellit ac diligit, sed quia potest memisse intelligere ac diligere eum a quo facta est, quod cum fuerit sapiens ipsa fit. Michil enim tam simile illi